

il pontefice Innocenzo, successore di Sisto, aveva fatto assolvere dai penitenzieri della basilica di san Pietro i rappresentanti della città di Bologna, la quale s' era resa colpevole di avere impiccato un prete ed un frate francescano; quando, finalmente, il pontefice

*» papa deposita mitra surgit et legit versi-
» culos et orationes ut in forma absolutio-
» nis, quae infra ponetur. Finitis orationi-
» bus, papa sedet cum mitra et extendens
» manum super oratores legit ex libro :
» Misereatur vestri, et Indulgentiam, ab-
» solutionem, etc. Deinde, Auctoritate Dei
» omnipotentis, etc. Postea imponit poeni-
» tentiam salutarem quae ei placet, deinde
» mandat poenitentiaro cardinali, ut simul
» cum aliis cardinalibus vel poenitentiaris
» introducat oratores omnes ad osculum
» pedis, manus et oris, sicut in consistorio
» publico venientes ad praestandam obe-
» dientiam, et ei oratores gratias agunt. —
» Et ista est forma, quam ego dedi scriptam
» pontifici, qui ex illa nihil cassari jussit,
» nisi quod non voluit cum virgis persecute-
» re: et omnes praelatos et familiam suam
» palatinam associare oratores ad aedes
» eorum voluit.*

» Forma Absolutionis Venetorum.

*» Officium autem absolutionis factum
» et lectum est hoc modo, videlicet: Ponti-
» fex sedens cum mitra legit psalmum Mi-
» serere mei, Deus, cum cardinalibus, et
» non verberavit: deinde deposita mitra
» stans legit, Kyrie eleison. Christe elei-
» son. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne
» nos inducas. Sed libera. Salvos fac
» servos tuos et ancillas tuas. ¶ Domine
» Deus, sperantes in te. ¶ Nihil proficiat
» inimicus in eis. ¶ Et filius iniquitatis
» non apponat nocere eis. ¶ Esto eis, Do-
» mine, turris fortitudinis. ¶ A facie ini-
» mici. ¶ Domine, exaudi orationem
» meam. ¶ Et clamor meus ad te veniat.
» ¶ Dominus vobiscum. ¶ Et cum spiritu
» tuo.— Oremus. Deus, cui proprium est*

*» misereri semper et parcere: supplica-
» tiones nostras suscipe et hos famulos
» tuos vice et nomine Duci, Rogatorum
» et Consiliariorum, Senatusque et Po-
» puli ac aliorum utriusque sexus de ci-
» vitate et dominio Venetiarum, eorum-
» que locorum interdicto subiectorum,
» quois et quae excommunicationis et ana-
» thematis ac interdicti catena constrin-
» git, miseratio tuae p' etatis clementer
» absolvat. Per Christum, etc.— Oremus.
» Praesta quae sumus, Domine, eisdem fa-
» mulis tuis, vice et nomine Duci, Ro-
» gatorum et Consiliariorum, Senatusque
» et Populi ac aliorum omnium utrius-
» que sexus de civitate et dominio Vene-
» tiarum, dignum poenitentiae fructum:
» Ecclesiae tuae sanctae, a cuius integri-
» tate deviaverant peccando, peccatorum
» veniam consequendo, reddantur inno-
» xi. Per Christum, etc.— His lectis, papa
» sedet et accepta mitra legit extendens
» manum apertam super oratores, dicens:
» Misereatur vestri et illorum omnipo-
» tens Deus et dimissis omnibus peccatis
» vestris et illorum, perducat vos et illos
» ad vitam aeternam. Amen. Indulgen-
» tiam, absolutionem et remissionem
» omnium peccatorum vestrorum et illo-
» rum tribuat vobis et illis omnipotens
» et misericors Dominus. Amen. Aucto-
» ritate Dei omnipotentis et beatorum
» Apostolorum Petri et Pauli et Eccle-
» siae suea sanctae et nostra, absolvimus
» vos vice et nomine Duci ac Rogatorum
» et Consiliariorum, Senatusque et Po-
» puli et aliorum omnium utriusque se-
» xus de civitate et dominio Venetiarum,
» a vinculo excommunicationis et ana-*